



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 4. Vt multas alias diphthongos, quæ nunc usurpari desierunt, ita oī  
pro œ, apud veteres fuisse: emendatus Plauti locus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

videtur autem ea fuisse etiam apud Græcos celebris. Themistius quidem certè ea vtitur: quem verisimile est eam ex aliquo vetustiore sumpsiisse. Nam in oratione, qua Nicomedenses ad philosophiam exhortatus est: Imitandi sunt, inquit, nobis sapientiores medici: qui pharmaca ea, quæ amariaora sunt, circumlito prius melle poculo, bibenda præbent. μαντεον ήμιν τὰς συντάξεις πλαγῶν, οἱ τὰ πηρότερα τῆς φαρμακῶν, μέλιτι τὸ κύριον μεχεταῖς, πίνειν διδόσσονται.

Vt multis alias diphthongos, que nunc usurpari desierunt, ita oī pro ē, apud veteres fuisse. emendatus Plauti locus. CAPVT IIII.

MULTIUS usos diphthongis veteres, præter eas, quibus hodie utimur, constat. nam & Fourios dicebant pro Furiis, & Paitos ac Aimilios pro Pætis & Æmilis, & de Sabineis triumphasse Tarquinium, de Etruscis Ser. Tullium, in veteribus monumentis legimus. Quinetiam vt ai pro ē, sic oī pro ē interdum scribere, vt opinor, solebant. itaque apud Plautum in Menæchmis proilium, & proilio, in veteribus libris scriptum animaduerti, pro eo, quod nunc proilium, & prolio scriberemus. Versus hi sunt, quibus Erotij meretricis cum parasito Peniculo, & cum Menæchmorum fratribus altero colloquium quoddam continetur.

E.R. Anime mi Menechme salue. P.E. quid ego? E.R. extra numerum es mihi.

P.E. Istud idem alius ascriptius fieri ad legionem solet.

ME. Ego iſtic mihi hodie apparari iussi apud te proilium,

Hodie vt fieret. in eo uterque prouio potabimus.  
hoc qui non intellexrant, priore loco discesserunt à  
vetere

anc Muare  
ria Lectiones

LIII  
28

vetere scriptura, & fecerunt, *prælium*: posteriore  
tem, vnam vocem discerpserunt in duas, & semplo  
runt, *pro Illo*. quod qui ad Troianas pugnas ren-  
tunt, eis eis plurimum tribuo, adduci tamen, ut ip-  
assentiar, hac quidem in parte non possum.

*Dominos, nisi cupiditatibus suis imperent, ne serui qui-  
dem suis imperare posse.* C. A. P. V.

**Q** VI BVS in domibus aut paterfamilias, aut me-  
terfamilias nequiter libidinoseque vivat, in-  
seruos non esse seruos, neque communi condicione  
seruitutis vti, sed liberius, licentiūs, dissolutius viuen-  
& quotidiana docet experientia, & M. Tullius in Ca-  
liana defensione grauissimè ac sapientissimè dixit. In-  
ui enim, vt alicubi salsissimus, vrbanissimusque fra-  
ptor posuit Lucianus, omnium conscij sunt, quæ à do-  
minis aut pulchre aut turpiter fiunt, quocirca qui  
designant flagitia. quæ latèrē atque occultari expediat-  
ij, tantum abest vt metuantur à seruis, ipsi sume-  
tuunt seruos: vtpote quos necessariò habeant assiduo-  
suum facinorum testes. Hoc igitur arguento vñ  
est Cicero, vt doceret, verisimile non esse, M. Caelium  
cum Clodiæ seruis consilium de veneno ei præbendi  
communicasse. Lysias quoq. in Oratione, quam con-  
psit ei qui sacram oleam incidisse arguebatur, hoc ipso  
cum arguento vtentem fecit: nunquam ausurum  
fuisse se id facinus committere, cùm & consciens ei  
seruos adhibere oporteret, & ipse, eo perpetrato, non  
seruos eos postea, sed dominos habiturus esset: neque  
vlo modo ausurus in eos animaduertere, quicquid illi  
tandem fecissent. τοῦτον, inquit, ἐν αὐτῷ οὐλιανότερον  
αὐθόπων απάντων, εἰ τέστημαντες δεεργόντες, μηκέτι δύο  
τύποιν ἔχειν, αὐλαὶ δεαδότας τὸν λαυτὸν βλού, ποίηστε  
ευεργέτας.